UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis Phyllea [et] Phylloronio [et] socijs martyribus. Cap[itulum]. lxxxi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

reſponſum acceperat a ſpirituſancto non viſu-
rum ſe mortē: niſi videret xp̄m deum. Qui cum
ſpiritu ſibi diuino reuelāte: pueruz ieſum natū
⁊ ad templū a parētibus deferendū didiciſſet:
venit in ſpiritu in templū die dn̄ice purificatio
nis. Et cum induceret puerum ieſum parētes
eius: feſtinauit Symeon ad portā tēpli ⁊ ado-
rauit ieſum: ⁊ oſculans plantas eius accepit
eum in vlnis ſuis. Et benedixit deum dicens.
Nunc dimittis ſeruum tuum dn̄e ⁊c. Et cum
eſſet annorum. cxij. ⁊ vix poſſet ſeipm̄ regere:
portauit puerū vſq; ad altare: iuxta illud. Se-
nex puerum portabat: puer autem ſenem rege-
bat. Et tunc tradidit puerum matri dn̄o offe-
rendum. Et benedixit parentibus ieſu. ⁊ pro-
phetiam illam matri ieſu predixit: que ſcribi-
tur: vbi ſupra. Et qualiter gladius mortis filij
animā genitricis pertranſire debebat. perfe-
ctis autem omnibus ſm legē redeuntibus pa
rentibus ieſu ad domum ſuam: ⁊ Symeon ad
propria rediuit. Et q2 promiſſionem diuinam
obtinuerat: tertio die in domino obdormiuit: ⁊
ſepultus eſt in Hieruſalem. ij. non. februarij.
Hec in libro de infantia ſaluatoris.

¶ De ſanctis Phyllea ⁊ Phylloronio
⁊ socijs martyribus. Cap. lxxxi.

PHylleas ⁊ phylloro
nius in ciuitate egypti que appel
tur tamnes paſſi ſunt. Qui phyl-
leas vt octauo eccleſiaſtice hiſto-
rie habet: ⁊ vt dicit hieronymus
de prefata vrbe nobili proſapia ortus. Primo
quidem honoribus in ſeculo fulgens libera-
libus ſcientijs eruditus fuit: deinde ad epiſco
patum ipſius vrbis prouectus de martyrū lau-
de volumen inſigne compoſuit. Qui tempore
perſecutionis cum multos de ſuo grege diuer-
ſi ſexus ordinis ⁊ etatis quaſi innumere multi
tudinis ad martyrium premiſiſſet: a preſide ci-
uitatis tentus ⁊ carceri mancipatus eſt. Qui
cum a propinquis ⁊ dilectis blandis ⁊ lachry-
moſis ſermonibus induceretur: vt xp̄m nega-
ret: ⁊ ip̄e ecōtra conſtantior permaneret: ex ſen
tentia preſidis cum phylloronio eius diacono
decollatur ſecūdo non. februarij.

De ſanctis Aquilino ⁊ socijs
martyribus. Capitulo. lxxxij.

AQuilinꝰ: geminꝰ: geleſiꝰ
magnus: ⁊ do
natꝰ martyres rome foro ſym-
phronij paſſi ſunt. Quos oēs
pro confeſſione nominis chri-
ſti iuſſit vrbis prefectus capi
tali ſententia vitam finire. ij.
non. februarij. vt dicit ado.

¶ De ſancto Gilliberto con-
feſſore. Cap. lxxxiij.

GIlibertus cōfeſſor
gemaleſi. cenobij fundator an-
no. xxv. othonis imparatoris pmi
claruit: qui apud gorziā chriſto
potius q̄ ſeculo militabat: et in
ipſo loco monaſterio ab eo fabri
cato ⁊ copioſe dotato ꝓpter amorē ſancte reli-
gionis in pace dormiuit. ij. non. februarij. Cuiꝰ
corpus relatū eſt ad gorziam vrbem.

¶ De ſctā Agatha v̄gine ⁊ mar. Cap. lxxxiiij.

AGatha vir
go ⁊ martyr apud
ciuitatē cathanie.
tempore decij paſ
ſa eſt ſub quintiano ſicilie con
ſulari. Qui cū eſſet ignorabi-
lis: libidinoſus: auarus: ⁊ ido
lis deditus beatam agatham
comprehendere nitebat: vt q2
erat ignobilis tenendo nobilē
timeretur: quia libidinoſus eius pulchritudie
frueret: quia auarus eius diuitias raperet: q2
idolatra dijs eā immolare cōpelleret. Ipamq;
detentam tradidit cuidā meretrici noīe aphro
diſie nouem filias turpiſſimas habenti: vt per
dies triginta ſuaderēt ei: quomodo eiꝰ animuz
immutaret: modo leta promittendo: modo per
aſpera deterrendo: que cum vti ſupra firmā pe
tram chriſtum immobiliter fundata: omnia ſibi
promiſſa vel cōminata cōtempſiſſet: ⁊ aphrodi
ſia hec quintiano retuliſſet: ipſe virgineȝ ad ſe
adductam cuius eſſet cōditionis interrogauit.
Cui virgo ſe ingenuam ⁊ genere ſpectabili pro
genitaȝ eſſe reſpōdit: addēſq; q̄ ancilla chriſti
eſſet: hoc quod magis eam ingenuaȝ redderet.
Nam ſumma ingenuitas eſt: in qua chriſti ſer-
uitus comprobat. Cui cum quintianus optio-
nem dediſſet: aut dijs ſacrificandi: aut diuerſa
ſupplicia ſuſtinendi. Uirgo reſpōdit: q̄ vtinaȝ
vxor illius eſſet talis vt venus: ⁊ ip̄e talis qua-
lis iuppiter deus ſuus. Tunc quintianus iuſſit
eam alapis cedi. Et cum diuerſa ſibi tormenta
comminaret. Et illa ecōtra feras ignem ⁊ pla-
gas ⁊ quaſcūq; penas ſe volūtario animo paſ-
ſam offeret: iuſſit eam in carcereȝ trahi: ad quē
letiſſime ⁊ gloriāter ibat: ⁊ quaſi ad epulas in-
uitata agonem ſuuȝ dn̄o precibus cōmēdabat.
Sequenti die inde educit: ⁊ ſacrificare contē-
nens in equuleo ſuſpendit: ⁊ torquet. Et cum
in his penis delectari ſe diceret: iuſſit cōſula-
ris mām̄illam eius diutius torqueri: et tortam
abſcindi. Que cum illū redargueret dicens: q̄
confundi debuerat amputare in femina: quod
ipſe in matre ſuxiſſet: iuſſit eam iterū ad carce
rem reduci: phibens medicū quecunq; ad eam
ingredi: ⁊ panem ſibi vel aquā ab aliquo mini-
ſtrari. Uerum circa noctis mediū venit ad eam